



Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

§. 2. De reseruatione seu affect. per appositionem manusapæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98538)

clausa, de qua in dict. cap. 2. & cap. present. de praben. in 6.

131 Et quamvis Corraffius dict. ap. 1.2. par. numer. 7. & 13. inter reseruationes in corpore iuris clausas ponat reseruationem ob litigium, ex cap. primo & secundo, ut litigante in sexto, quod etiam tenuit i. par. cap. 6. numero undecimo, & Probus in dict. capit. present. numer. 15. & in capit. nono de electa in 6. num. 4. Mandos. reg. 34. quest. 87. numer. 9. ibi. Quia tamen Beneficia litigiosa, & sic reseruata, & alij, ut per Sarnen. d. quest. 51. & Castador. decis. 1. de reseruatio. num. 6. ait Beneficia litigiosa posse dici reseruata, vel soli Papae praeseruata, & dicuntur etiam reseruata in decis. Burgen. de Pancoruo adducta 6. par. cap. 4. num. 11. & Ocen. Canonatus seu optionis adducta num. 14. & in Oritana relata numero 27. ibidem, tamen verius est Beneficia litigiosa non esse reseruata, nec induci reseruatiorem ob litem, sed ea durante prohibetur Ordinarius conferre, & suspenditur eius prouisio, quia lite finita potest postea libere conferre, ut in dict. cap. 1. & 2. ut litigante in 6. & in Clem. eod. tit. ita Sarnen. d. quest. 31. vers. tamen in pace eorum, num. 9. Simoneta quest. 10. numeri 5. & 6. & ibi Paulus Granutis, & Mandos. ex professo hoc agens reg. 32. quest. 9. a num. 5. Nauar. in cap. accipiente de reseruat. op. positionis 10. solutione, num. 30. Couar. pract. cap. 36. num. 7. vers. 5. ad idem, & post haec Goncal. §. 7. proem. n. 118. & gloss. 6. num. 146. & gloss. 32. num. 40. & gloss. 51. num. 111.

135 Et fuit resolutum in vna Auriem. Canonatus 4. Junij 1576. coram D. Lancelloto, ut in sequen. decis. Fuit conclusum quod regule Cancellaria de exprimendo mense vacationis habet locum, etiam in gratia, si neu. ri quia est noua gratia, & noua prouisio, & nouus tit. ex illa acquiritur, & propterea in ea fieri debet mentio de modo vacandi, & de reseruatiore, ut habetur in decis. 24. de reseruat. in nouis. Roman. conf. 362. n. 4. Felin. in c. in nostra in 13. cor. de reseruat. Sarnen. in reg. de annali. q. 28. n. 2. Non obstat, quod hoc Beneficium sit litigiosum ante dictam gratiam, & quod propterea dicatur reseruatum, & quando Beneficium est reseruatum alia ratione quam ratione mensis, non est locus dictae reg. quia responderetur quod lis non inducit reseruatiorem, sed ea durante prohibetur Ordinarius conferre, & suspenditur eius collatio, quia lite finita potest postea libere conferre, ut declarat Sarnen. reg. de triennali. q. 31. nu. 9. Simoneta tract. de reseruatio. cap. 9. circa fin. versic. ex praedictis.

136 Et idem fuit resolutum in vna Legionen. 4. praestimoniorum de male Junij 1594. coram D. Pamphilio, ut in decis. sequenti. Fuit resolutum non constare de vacatione ex persona Antonij de Vega, nisi aliter probetur ipsum habuisse ius in istis praestimonis iustificando eius titulum cum omnibus in sua gratia narratis iuxta decisionem Egidij 112. & tradit Rebuff. in praxi, tituli de subrogatio. numero 85. & super concord. rubrica de mandat. Apostolic. ver. successores circa fin. vers. insuper subrogatus. & ista probatio debet esse clara, cum ius Antonij non incidenter, sed principaliter deducatur, ut per Egidium ubi supra, praesertim quod non solum non constat ipsum fuisse triennalem pacificum possessorem, Castador. decis. secunda de causa possess. quod nec etiam decessit in possessione, quam per decem annos antea dimiserat, ad notata per Puteum, decis. 87. lib. 3. cum aliis allegatis. Neque obstat possessio decennalis Antonij, ex qua solet presumi bonum ius, ut per Sarnen. reg. de triennali. q. 26. n. 7. quia ista presumptio non potest allegari, nisi ab ipsomet possessore, non autem a tertio,

nisi si successor ipsius iuxta terminos allegationis Lapi, ut declarat Sarnen. dict. reg. de triennali, questio. 13. quod in hoc casu non potest habere locum, ubi stante lite inter ipsum Antonium, & quondam Franciscum de Sancto Petro non datur ultimum triennium pacifica possessionis, quod est extremum necessarium pro allegatione Lapi, Puteus decis. 330. lib. 1. & 311. libro secundo, cum aliis similibus. Nec etiam obstat, quod Guierrius magni fecerit ius Antonij acceptando resignationem, & ideo, nec ipse, nec eius successores possunt illud impugnare, quia non constat, quod Ferdinandus de Mesa veniat ex persona Guierrii, qui, licet resignauerit ad fauorem Gabrielis, qui postea dicitur resignasse Ferdinando, non tamen de hoc doctum fuit, & potest Ferdinandus habere alium titulum cum notorium sit in Beneficialibus admitti multiplicationem titulorum, ut per Castador. decis. 21. numero 5. super reg. & decis. 3. de causa possess. in fin. Non obstant, quae dicuntur de non publicatione resignationis Antonij, facile ad fauorem Guierrii, quia Ferdinandus non tenetur docere de aliqua publicatione, cum non funderet se super ista resignatione, sed tantum dicat Beneficium non potuisse vacare per obitum Antonij, qui illud de eo tempore non possidebat, & in eo nullum ius unquam habuit, & in omne euentum Domini dixerunt etiam data vacatione ex persona Antonij illam non suffragari. Palacios, cui obstat reg. de mense, ex quo Antonius decesserit de mense reseruato, cuius erat facienda mentio in gratia, si neu. ri, quae est noua gratia, & noua prouisio, non obstante lite, quae non inducit reseruatiorem, sed suspendit tantum collationem Ordinarii usque ad finem litis, ut alias fuit resolutum in vna Auriem. Canonatus, sub die 4. Junij 1576. coram Illustrissimo Cardin. Lancelloto, etiam quod ista vacatio capiatur per clausulas generales, siue alio quouis modo, Puteus decis. 169. libro secundo, & decis. 1. & 4. super reg. de mense, Paleot. decis. penult. & cessat omnis difficultas ad effectum, de quo agitur, ut non intret gratia, si venri concessa Palatio, de anno 1587. de quo tempore iam ista vacatio erat comprehensa sub clausulis generalibus appositis in gratia resignationis antea facta ad fauorem Gabrielis, quam Domini dixerunt esse iustificatam.

Quamvis in Lucana Canonatus, 7. Februarij 1561. coram Dom. Rubeis infra relata nu. 657. Rota fenserit, quod lis de tempore vacationis induceret reseruatiorem Beneficij, & sic non obstat reg. de mense exprimendo. &c. & vide infra dicta cap. ult. a numero. 217.

§. 2.

De reseruatiore seu affectiōe per appositionem manus Papae.

S V M M A R I A.

Inducitur reseruatio seu affectio Beneficij per solam appositionem manus Papae, quamvis inuulter factam, numer. 138. & 139. ubi adducitur pro hoc Extrauag. ult. de prab. & num. 143. contra aliquos. nu. 141. & 142.

Per commendam factam à Papa Beneficium dicitur affectum, & n. 140.

Quando Papa ad certum tempus, vel ex certa causa reseruauit, si illa reseruatio semel affecta, Beneficium semper manet affectum etiam post illud tempus, & cessante causa contra Aeneam, n. 144.

Per collationem Papa inuvalidam non euascesit referuatio Beneficij, nec potest Ordinarius illud conferre contra aliquos, n. 145. & 146.

Stante supplicatione signata per Papam de aliquo Beneficio nondum leuatis Bullis non potest Ordinarius illud conferre, etiam si gratia esset nulla, numero 147.

Per mandatum de providendo Beneficio vacaturo, aut incerto, non inducitur affectio de iure n. 148. quamuis de stilo curie aliud esset, n. 149.

Prædicta doctrina de affectione per appositionem manus Papæ limitatur i. ut procedat, quando manum apponit Beneficio ad effectum prouisionis vacante, secus ubi non vacat ad istum effectum, ut quia est collatum alicui, qui nondum acceptauit, vel ad illud est quis presentatus, &c. n. 150.

Id procedit etiam si in gratia Papa illud reseruasset ut vacans, licet secus, si reseruatio fieret Motu proprio non expresso eo, cui vellet conferri, numero 151.

Secundo limitatur, ut non procedat, ubi Papa manum apponit ad Beneficium vacaturum tali modo, verbi gratia, per priuationem, nam si non vacauit per priuationem, non est affectum vilo modo, numero 152.

Gratia conditionalis ante euentum conditionis non afficit Beneficium, &c. n. 153.

Tertio limitatur, ut non procedat quando Papa manum apponit super Beneficio resignato, nam, si resignato non tenet ex aliqua causa, Beneficium non est affectum super alia vacatione n. 154. cum seq. ubi adducuntur resolutiones Rote.

Responsio, quam tradit Rota doctrine Sarnen. docentis, quod si resignans in Curia moriatur, infra 20. dies, licet promissio per resignationem non teneat, ex reg. de infirmis, Beneficium tamen est reseruatum, & affectum. Papa, n. 158. & seq.

Etiam in casu Sarnen. falsum est, quod tale Beneficium esset reseruatum, & affectum Papæ, nam ex illa reg. non dicitur vacare, n. 160. & seq.

Non obstat, quod ista sit ficta, non vera vacatio, quia tantum operatur, sicut vera, nec hic concurrens veritas & fictio circa idem, sed una fictio, &c. a numero 161. ad 165.

Ex quo Papa annullat collationem, si infirmus decedat infra 20. dies, & sic non admittit illam resignationem, ius Beneficij dicitur esse penes resignantem, & sic vacat per obitum vere, n. 166.

Vacatio per obitum inducitur per illam regulam est etiam vera, & non ficta, quia in his, quæ sunt iuris positivi, lex non ficta, sed vere agit, &c. n. 167.

Reg. de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium, habet locum in vacatione per obitum inducitur per reg. de infirmis contra Sarnen. num. 168. nec opus est exprimere modum vacationis inducitur per illam reg. sed sufficit impetrare per obitum contra eundem Sarnen. nu. 169.

Quando quis resignat in curia in fauorem, seu conditionaliter, scienter, nulliter, Beneficium vacat per d. resignationem, & sic manet reseruatum, & affectum Papæ, n. 170.

Reprobatur quod dicit Guillelm. de Monteferrato, quod si Papa pro bono pacis, & concordie super Beneficio manum apposuit uni illud relinquendo, & alteri super eo pensionem constituendo, si ille decedat, Beneficium censetur reseruatum, seu affectum, numer. 171. cum seq.

Per Breue de capienda possessione, nomine camera etiam si possessio sit capta eius nomine, & promissus decedat antequam illi possessio sit cessa, Beneficium non manet affectum, n. 173.

Per dationem coadiutoris factam à Papa, etiam inuvalidam non inducitur affectio, n. 174.

Per unionem nullam non inducitur affectio Beneficij, n. 175. licet secus in unione ad vitam de Beneficio vacante, n. 176.

Quarto limitatur d. doctrina, ut non procedat, quando Papa prouidet de Beneficio, uti reseruato, quod tamen reseruatum non est, nam tunc Beneficium non manet affectum, n. 177.

Etiam stante clausula, siue alio quouis modo, contra Simonetam, n. 179. 180. & 181.

In prouisionib. additur clausula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, per quam restringitur clausula generales in euentum, quod Beneficia non essent reseruata, numer. 178. sed ista clausula non ponitur ratione reseruationis expressæ, sed ratione clausule generalis, siue permissio, &c. nu. 182. & seq. ubi ponitur resolutio Rote.

Non obstante dict. clausula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, recte intraret clausula generalis, siue alio quouis modo, quando vacatio narrata verificatur de facto, etiam si ex modo contento sub clausula generali Beneficium esset reseruatum, numero 184. & illa clausula seruaret, quando Beneficium esset iuris patronatus laicorum, & stante indulto, &c. numero 185.

Quinto limitatur per aliquos, nisi nullitas prouisionis, seu inuvaliditas appositionis manus Papalis ex defectu potestatis insurgeret, ut ex Concilio Basiliensi, numero 186. qua limitatio reprobatur, cum defectus iuste potestatis non possit in Papa contingere, numero 187.

Concilium Basiliense quo reseruaciones abolentur, & pragmatica sanctio supradicta est, fuit Conciliabulum post dissolutionem, n. 188. & reprehenduntur Patres d. Concilij, n. 189.

Secundo notandum est induci reseruacionem, seu affectionem Beneficij per solam appositionem manus Papæ, quamuis inutiliter factam, ita quod si Papa prouideret alicui, vel prouideri mandaret de aliquo Beneficio, si prouisio fuerit nulla, utpote facta inhabili, seu incapaci, vel propter surreptionem, aut alium defectum, Beneficium remanet Papæ affectum, & illo Ordinarius non potest se intromittere, etiam si alias non fuisset reseruatum ad cap. ut nostrum de appellat. ita Innoc. in cap. inter dilectos de excessibus Prelatorum Decius in d. cap. ut nostrum, num. 3. & in c. de confirmatione vili, numer. 10. & conf. 137. Hiero. Paulus in pract. Cancel. §. notabilia super uacantibus reseruatis, vers. affectum dicitur. Rebuff. in praxi, tit. de reseruatio. num. 30. & 34. & reg. 9. Cancell. & in concor. tit. de reseruato, circa prim. vers. ut ubicunque, & in c. postulatistis de clerico excommunicato ministrante in gl. nu. 66. cum Anea de Falcon 3. preludio, & 2. q. 16. effectum, Simoneta de reseruatio. q. 58. & ibi Granutius Corras. 2. par. cap. 1. num. 14. Gambarus de offic. Legati, lib. 5. num. 85. Mandos. in proemio regul. 9. §. n. 9. & regul. 4. quest. 4. nu. 4. & reg. 9. quest. 6. n. 6. & conf. 19. n. 12. & late eius filius Hor. Mandos. plures referens ad Romanum consil. 335 littera C. bene Couar. in cap. alma mater l. par. §. 7. sub nu. 8. P. Gregor. de Benef. cap. 24. num. 17. & 26. Flamin. Paris. de

- resignari. Benef. lib. 7. quest. 11. n. 1. & lib. 12. quest. 10. n. 9. vbi dicit communem Vgolin. de censuris tab. 2. cap. 13. §. 1. ad fin. Zerola in praxi Episcopali. 3. par. 2. Benef. §. 2. fallacia 9. Lechus de Benef. & pensio Eccl. cap. 5. sub num. 6. Enriquez in summa lib. 13. ca. 14. §. 2. Ludo. Lopez in struct. conscientie. 2. tom. 2. par. cap. 17. Suarez. 5. com. de censuris disput. 13. sect. 1. num. 34. & alij, & Callador. decis. 2. de unio. num. 10. Puteus deci. 180. numero tertio lib. 3. & fuit resolutum in vna Barcinonen. Canonicatus nono Martij. 1598. coram D. Millino infra adducta, 6. par. cap. 4. nu. 23. vbi fuit dictum per unionem nullam remanere affectionem, propter appositionem manus Papae, siue nullitas proveniat ex defectu causae, siue ex inhabilitate prouisi, aut ex alio capite &c. Et posthac Gonzalez ad regul. de mensib. §. 3. proem. nu. 146. & gloss. §. 2. vbi plura adducit, pro qua
- 139 [†] doctrina ultra tex. in d. cap. vt nostrum facit Extrauag. ad Roman. quae est paul. II. & vlt. de praebe. in communibus, in sua ratione generali, ibi ac prouide considerantes effectum per reservationem manusque appositionem, &c. & ibi, Romani quoque Pontificis manus appositionem praedictam tanta efficacia, &c. & facit decis. quarta de resub. in nouis. & trigesima tertia. eodem in antiquis.
- 140 Et hinc per commendam factam a papa, & seu administratorem ab eo positum in Beneficio vacante, ex quo semel manum apposuit, Beneficium dicitur affectum ita, quod nec expectans posset illud acceptare, nec Ordinarius de eo disponere, Simoneta quae. 59. & ibi Granutius, & dixi supra p. proceden. c. 4. n. 68. Gongal. d. gloss. §. 2. n. 11.
- 141 Quamuis Butrius, & Abbas post alios §. nu. 10. in d. c. inter dilectos. & Fel. in cap. si de praesump. n. 40. teneant, quod si papa non est vsus verbo reservationis, & mandauit Beneficium conferri certae personae si collatio non valuit, reuertitur ad Ordinarium, & sequuntur Aufer. ad Capellam Tholof. decis. 437. n. 6. & Selua de Benef. 3. p. q. 33. n. 1.
- Et quamuis Aeneas de §. Falcond. 16. effectum in fin. dicat, quod si Papa cõferat Beneficium alias non reservatum, & collatio non valet isto casu non possit exemplificari d. Extrauagans Pauli II. vers. vt, & si littera Apostolica istis verbis, super prouisionibus Beneficiorum, quia papa ibi semper praesupponit reservationem precise, vt patet ibi, Beneficius taliter reservatus. & sic videtur Aeneas tenere collationem ad Ordinarium reuerti.
- 142 Sed, vt dictum est d. Extrauagans facit pro §. supra dicta doctrina in d. sua ratione generali ad regul. leg. reg. §. finali digesto, de iuris & facti ignorantia.
- 143 Vnde videtur falsum §. quod ait idem Aeneas quinta questione principali, question. prima ad finem quod quando Papa ad certum tempus, vel ex certa causa reservauit, forte non habet locum dicta Extrauagans, nam quicquid ipse velit si illa reservatio semel affect, Beneficium semper manet affectum etiam post illud tempus, & cessante causa.
- 144 Secundo videtur esse falsum §. quod dicit Rota decisione 512. numero quinto par. 3. diuersorum, quod collatione facta a Papa inualida possit Ordinarius Beneficium conferre, licet antea esset reservatum, ex Sarnensi in regul. de triennali, questio. 30. numero secundo.
- 145 Cum quo etiam male ait Caputaquen. §. decis. 33. in fin. lib. 1. in manuscriptis reservationem evanescere

per collationem papae etiam inualidam, & p. Greg. d. c. 24. num. 18. cuius contrarium recte tenet Probus ad Monachum. in cap. 2. de rescrip. in 6. num. 37. & Rebus. d. reg. 9. ad fin. male etiam ait, quod si papa contulit alicui Beneficium vacans in curia, si semel acceptauerit, non dicitur in curia vacare, si acceptans extra eam sit, etiam si sit inhabilis, & Selua, quem citat 3. p. q. 7. non dicit id de inhabili.

Tertio videtur falsum quod dixit Zerola in pra. xi Episcopali 1. par. verb. supplicatio, quod stante supplicatione signata per Papam de aliquo Beneficio nondum leuatis Bullis potest Ordinarius conferre illud Beneficium supposito, quod alias posset, quod non potest stare ex dictis, etiam si gratia esset nulla, quanto magis existente valida, vt ipse supponit, & dictum est sup. proceden. p. c. 2. n. 13.

Et praedicta doctrina videtur intelligenda quando papa prouidet, aut prouideri mandat decerto Beneficio vacante, secus in mandato de prouidendo de Beneficio vacaturo, aut incerto, nam tunc per solum mandatum non videtur induci affectio de iure ex te. in cap. dilectus 2. & c. inter cetera de praebe. & in cap. 1. c. si caput. & caput. si soli de concess. praebend. in 6. & Clem. 1. eod. Rota decis. 6. de concess. praebend. in antiquior. & decis. 25. a num. 3. eodem in antiquis vbi Collector etiam vult quod per solum mandatum de prouidendo etiam de Beneficio certo vacante, non inducatur affectio de iure, Simoneta q. 60. n. 4. Corral. 4. pa. ca. 5. n. 40. p. Greg. d. c. 24. n. 26.

Quamuis de illo Curiae aliud esset, & nam Cancellaria tenet, quod per solam manus appositionem Papae, siue prouideat de vacante, siue de vacaturo, aut mandat prouideri, seu alias disponi etiam de incerto Beneficio sit affectu, & clausa sint manus cuiusvis Collatoris inferioris, vt dicit decis. Rota 10. de praeb. in nouis. in additione ad fin. & refert Simoneta d. qu. 60. num. 2. & Collector. d. decis. 6. nu. 6. & d. decis. vigesima quinta nu. quarto ait audiuisse, quod Cancellaria, vt praedicta iura tollentur, & vt gratia papae possit indubitanter fortiri effectum, per solam manus appositionem eo ipso, quod signat supplicationem, seu prouidet, seu prouideri mandat, vel alias disponit de vacante, vel vacaturo certo, vel incerto, adeo vult Beneficium esse affectum, & ligatas manus inferioris quod semper daret reservationem cum decreto a die datae supplicationis signatae per papam & quod tunc per illas clausulas reservationis & decreti negotium esset clarum, verum tamen, cum gratia fit de incerto vacaturo, vt puta, quod duxerit acceptandum dat decretum incertum, & super incerto, quod demum ligat, cum deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem iuxta cap. dudum. §. considerantes de praebe. in 6. nisi apponeret certum tempus, puta mensem, quia tunc infra tempus, etiam ante acceptationem ligaret manus aliorum, vt mensis appositio aliquid operetur, vt in d. Clem. 1. refert etiam Simoneta d. qu. 60. num. 1. & ita procedet quod ait Gongal. d. gloss. §. 2. n. 13.

Sed limatur praedicta doctrina sequen. §. modis. Primo, vt procedat, quando papa manum apponit in Beneficio ad effectum prouisionis vacante, secus vbi papa manum apponit in Beneficio, quod licet vere vacet, non tamen vacat ad effectum prouisionis, vt quia est collatum alicui, qui nondum acceptauit, vel ad illud est quis praesentatus, &c. Nam si interim conferatur a papa alii, talis collatio, tanquam

TALCIA
de
Benef.

tāquam surreptitia est nulla, maxime stante clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, & si postea ille recuset acceptare Beneficium, vel renuntiet iuri ad rem, aut interim decedat, poterit Ordinarius iterum illud conferre, non obstante dicta collatione Papæ nulla, qui manum apposuit in eo, tanquam libere vacante, & in quo non erat alteri ius quæsitum, ita Lopus, Anchoran. Domin. num. 18. & Francus 14. in capitulo si tibi absenti de præbend. in 6 & Selua d. 7. 33. p. 3. num. 1. & post hæc González glos. 52. à numero 56.

17 Quod procedit etiam in gratia, in qua t mandatur alij prouideri de Beneficio, Papa illud reseruasset, vt vacans, licet secus, si reseruatio *Motu proprio* fieret non expressio eo, cui velit conferri secundum eos.

18 Secundo limitatur, t vt non procedat vbi Papa manum apponit ad Beneficium vacaturum tali modo, verbi gratia per priuationem, mandando alicui de illo prouideri in euentum priuationis, nam si tale Beneficium non vacauit per priuationem, vt quia priuandus antea decessit, non est affectum vlllo modo, quia dispositio Papæ erat restricta ad Beneficiū vacaturum per priuationem, & quia appositio manus Papæ erat conditionalis, scilicet in euentum priuationis, & sic non stante conditione non operatur, ita Rota decis. vlt. vt lite pendente in nouis. Aeneas 3. qua. num. 11. & 4. 9. 16. effectu n. 2. Simoneta d. 9. 6 o. n. 2. 5. & 6.

19 Conducit decis. Anton. August. 1311. lib. 3. p. diuersorum, quæ habet gratiam conditionalem ante euentum conditionis non afficere Beneficium, vt inter ea ab Ordinario conferri non possit, & c. facit etiam doctrina Probi ad Monach. in rubric. de rerum permut. in 6. in fin.

20 Tercio limitatur, vt non procedat, quando Papa manum apponit super beneficio resignato non tenet ex aliqua causa, vt quia non fuit verus valor expressus per resignatarium, Beneficium huiusmodi non est taliter affectum Sedi Apostolicæ, quod Ordinarius non possit de illo prouidere per obitum resignantis, nam Papa non censetur manum apposuisse super hoc Beneficio, nisi ad affectum vt resignatio sequatur, & ita t tenuit Rota apud Achilleum, de Grassis decis. 119. seu 14. de restitutione spoliatorum, vbi dicitur, quod decretum in resignatione facta, vel manus appositio Papæ in eadem, licet operentur quod nullus inferior possit ex eadem vacatione conferre, tamen non inficit prouisionem per obitum.

21 Et fuit resolutum in vna Triden. t Beneficij decemotertio Iunij 1578. coram Illustrissimo Blancheto, quæ habetur i. par. diuersorum, decis. 419. quam refert & sequitur Flam. Paris. de resignatione Benef. lib. 18. quaest. 2. n. 44. & 45. & post hæc González d. glos. 52. n. 49. & seg. vbi citat Lancelotum de atten. 2. p. c. 10. nu. 9.

22 Et idem fuit tentum in vna Cusentina t parochialis, 22. Aprilis 1594. coram Illustrissimo paphilio, in qua fuit dictum, *Affectationem non induci super alia vacatione ex resignatione facta in manibus Papæ, quia, vt fuit dictum in illa Trident. Papa apponit manum super illa vacat. ex resigna. tantum, unde, si illa non fortitur effectus, & sic ius remanet penes resignantem, non adest affectio, & c.* Et conducit decis. Rotæ in causa Vallisoleana Decanatus, de qua infra num. 258. & meminit González sup. num. 42.

23 Nec obstat doctrina t Sarnen. in reg. de infirmis, q.

trigesimatercia, vbi cum Romano consil. 34. 2. docet, quod si resignans in curia moriatur infra 20. dies, licet prouisio per resignationem non teneat ex illa regul. Beneficium tamen est reseruatum, & affectum Papæ, & sequitur Rebus. in d. reg. de infirmis, verb. ipsumque Beneficium, vers. 2. ex ista, & in praxi super eadem reg. glo. 14. num. 4. Boerius decis. 2. num. 55. ad fin. Flamin. Paris. de resignatione lib. 12. quaest. 10. à n. 4. Rota in d. decis. Tuden. 419. respondet, quod non applicatur tunc casui, in quo resignatio non fuit facta simpliciter, sed in fauorem. Secundo, quod casus Sarnen. est, quando is, qui resignauit, in curia decessit infra 20. dies, hic autem versamur extra hunc casum.

Sed ego ulterius dico etiam in casu Sarnen. t fal. sum esse, quod tale Beneficium esset reseruatum, & affectum Papæ, nam ex regula de infirmis non dicitur vacare per resignationem, vt dicunt Roma. & Sarnen. sed per obitum censetur vacare, vt per Rebus. in praxi super dict. reg. glos. 12. & 14. & consil. 72. & 86.

Et ita contra dict. doctrinam Romani, & Sarnen. recte tenet Rosiniacus de Benef. cap. 28. t Et, vt inquit Horatius Mandos. ad Roma ibi, *lucra B.* aduertendum est huiusmodi regulam non semper in vnam atque eandem formam emanasse, & quod antiquitus, & tempore Romani non aderant illa verba, quæ nunc in eius fine reperiuntur, videlicet, *Quumque Beneficium nihilominus per obitum censetur vacare.* Alias enim non dubitasset Romanus, vtrum dicantur vacare per resignationem, an per obitum Beneficia per eos resignata, qui infra 20. dies obierunt, illa enim verba clare determinant huiusmodi Beneficia per obitum dici vacare. Nec obstat, quod id de ficta, non de vera t vacatione intelligendum sit, vt inquit, ibi Mandos. vt etiam per Sarnen. in eadem reg. 9. 30. qui ait, quod iste modus vacandi inductus per istam regulam cum non sit verus, non comprehenditur sub aliis regulis, & dispositionibus, & concessionibus loquentibus simpliciter de vacatione per mortem, & sic, quod, regula de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium non habebit locum in vacatione per obitum isto modo inducta, quam t posteriorem decisionem, quoad regul. de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium, licet non approbet, nec reprobet Nauatrus in cap. accepta. de restitutione spoliato. oppos. 8. solutione n. 46. consentit tamen vacationem illam non esse veram, sed fictam. Quia respondetur, t quod illa ficta vacatio tantum operatur, sicut vera, quia tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, Bart. & alij in l. si is qui pro tempore, ff. de usucapio. Rebuffus d. glos. 14. nu. quinto, & vnde tunc Mandosius d. reg. de impetrantibus 32. quaest. 6. nu. 2. & Flam. Paris. d. lib. 12. quaest. 9. nu. 8. & in his, quæ sunt iuris, paria sunt aliquid esse, vel haberi pro tali, putei decis. 297. in fin. li. 3. & Flam. Paris. d. quaest. nu. 12.

Nec satisfacit responsio Sarnen. d. quaest. 30. quod t id procedit, vbi non conc urrit veritas, & fictio, ita idem; tunc enim fictio veritati cedit, Mandos. d. 9. 6. nu. 3. & 4. nam in proposito dici non potest concurrere veritatem, & fictionem, sed vnam fictionem, quod Beneficium vacat per obitum, & non per resignationem.

Secundo, principaliter t respondetur, quod ex quo papa annullat collationem, si infirmus decessit infra viginti dies, & sic non admittat illam resignationem, ius Beneficij dicitur esse penes resignantem.

tem per ea, quæ dicit Bisignetus *de c. 1. de renuntiat.* & cum ius sit penes resignantem, vacat per obitum vere, ita *d. decif. Putei.* in vna Bononien. regressus de anno 1550. in qua fuit resolutum regressui per decessum esse locum in casu dicti. *regulæ de infirmis resignantibus*, & refert, & sequitur Flam. Parif. d. 9. n. 7. 10. 11. & 13.

167 Et quod vacatio per obitum inducta per $\dagger$ dictam regulam *de infirmis resignantibus* est vera vacatio, & non ficta, tenet etiam Mandos. *d. quest. 6. à num. 5.* quia in his, quæ sunt iuris positiui, lex non ficta, sed vere, & mero iure agit, & disponit, & tituli Beneficiorum, illorum que modi vacandi sunt de iure nouo, & positiuo, ergo lex super illis vere, & ficte agit, & operatur, &c.

168 Et contra Sarnen. $\dagger$ supra tenuit etiam Rota in terminis *d. regulæ de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium*, in vna Salamantina S. Thom. coram Capiflaco, de anno 1553. quia pacificantur casus fictus, & verus, & quia vere vacat per obitum, quia ius non abdicatur à resignante per istam resignationem, vt per Verallum *de ijs. 32. lib. 1. in manuscrip.* & refert, & sequitur Mandosus *dicta questione sex-ta.*

169 Vnde etiam apparet falsum esse $\dagger$ quod ait Sarnen. *d. regulæ de infirmis, quest. 35* quem sequitur Flam. Parif. sibi non constans *d. quest. 10. num. 33.* nempe in terminis illius reg. non sufficere impetrare per obitum, sed opus esse exprimere modum vacationis inductæ per illam reg. &c.

170 Hæc tamen limitatio $\dagger$ non procedit in Beneficio, quod quis resignat in curia in fauorem, seu conditionaliter, scienter, nulliter, ita quod resignatio non potest sortiri effectum culpa resignantis, nam tunc Beneficium vacat per dictam resignationem in curia, & consequenter manet reservatum, & affectum Papæ, iuxta dicta infra *undecima p. capitulo tertio à numero 35.*

171 Ex dictis infertur falsum esse, $\dagger$ quod dicit Guillel. de Monte ferrato in *commen. ad pragmaticam sanctionem* relatus per Simonetam *quest. 62.* & per Sarnen. *reg. de triennali, questione 31. versic. sic etiam Papa,* & P. Gregor. *cap. 24. n. 15.* quod si Papa pro bono pacis, & concordie super Beneficio manum apposuit vni illud relinquendo, vel providendo, & alteri super eo pensionem constituendo, si ille decedat, propter huiusmodi appositionem manus Papæ, Beneficium sic pensione grauatum censetur reservatum, seu affectum, vt de eo solus Papa possit providere per *d. c. v. nostrum*, quia propter pensionem duraturam nunquam dicitur plene prouisum de Beneficio, & donec durat pensio, durat & appositio manus Papæ, quod etiam docet Probus ad Monachum, in *dicto c. presenti, de officio Legati in sexto nu. 41.* Quamuis dicat non esse tenendum in Gallia, propter pragmaticam sanctionem.

172 Sed id est falsum ex dictis, nam tunc Papa non apponit manum, $\dagger$ nisi ad effectum, vt prædicta concordia sequatur, & sortiatur effectum, & alias multorum Beneficia essent affecta, vt dicit Simoneta *sup.* qui, quamuis dicat, quod contra hanc opinionem nihil scribet, cum inimici Pontificie potestatis, & illi, qui curiam impugnant, & reservationes prohibent, & tollunt, illam veram, & seruandam affirmant, tamen satis videtur contra eam inclinare, & de ea dubitat Sarnen. *supra* & P. Gregorius eam referens *vbi supra.* & ita post hæc firmat González *d. glos. 52. num. 40. & 41.* dicens firmasse Rotam in Romana Cleri-

catus S. Petri 27 Nouembris 1602. coram D. Pamphilio.

Infertur etiam ad illud, de quo vidi dubitari *Re. 173* mæ in Archidiaconatu de Talauera vacante per obitum D. Gundisalui Marini Põtij de Leo. quod per Breue de capienda possessione nomine Camera, etiam si possessio sit capta eius, nomine, & prouisus decedat antequam illi possessio sit cessa à camera, non manet Beneficium affectum Papæ, nam illa manus Papæ appositio non est, nisi ad effectum, vt sua prouisio debitum consequatur effectum, & non ad effectum iterum prouidendi de illo, facit, quod dicit González *sup. n. 39.*

Facit quod de datione coadiutoris facta $\dagger$ à Papa dicit Puteus *decif. 226. n. 14. lib. 3.* licet dubitanter; scilicet, quod per illam non induceretur talis affectio, vt Ordinarius disponere non possit, quia simile de commenda hic non habet locum, quia in commenda benef. vacabat, & Papa per manus appositionem declarabat, quod de eo disponere intēdebat, sed in isto casu, quādo datur coadiutor, Beneficium non vacat, & ideo non videtur per talem appositionem Beneficium afficere, ita vt Ordinarius cessante coadiutoria non posset de Beneficio disponere, &c. Et idem videtur, quando coadiutoria esset surreptitia, seu inualida, & sic nō haberet locum futura successio, quæ est accessoria ad coadiutoriam, Mandos. *de signatur a gratia, tit. de coadiutoris, vers. coadiutoria habebat, Puteus decif. 98. lib. 2.* vt supradictum est *4. par. cap. ult. numero 133.*

Infertur etiam contra Rotam $\dagger$ in dict. Barchinonen. Canonatus, de qua supra *n. 139. ad fi.* per vnionem nullam non induci affectionem Beneficij, cum tunc Papa non apponat manum ad effectum prouidendi, sed ad effectum vniendi, & sic extinguendi, & supprimendi Beneficium, maxime in vnione perpetua; nam in vnione ad $\dagger$ vitam de Beneficio vacante fecus videretur dicendum, nempe induci affectionem; cum sit quedam virtualis prouisio, nec per eam extinguitur Beneficium, vt infra *ult. p. c. 2. à numero trigesimo octauo.* & vide dict. *sup. 4. p. c. 4. numero 74.*

Quarto limitatur, vt non procedat, quando Papa $\dagger$ prouidet de Beneficio, vt i reservato, quod tamen reservatum non est, nam tunc prouisio Papæ non tenet, nec Beneficium manet affectum, sed Ordinarius poterit de eo providere, decretum enim ex falsa causa interpositum non afficit, Rota *decif. 12. de concess. præb. in antiquis.* Probus ad Monach. in *cap. tibi quis, de rescript. in 6. nu. 20.* Horatius Mandos. qui alios refert ad Roma. loco. *statim citando litera F.* ita Roma. *conf. 335. Gemin. conf. 136.* qui vult, quod prouisio Papæ sit nulla, si inhaeret reservationi, quæ non est, vel est reuocata, & propterea, quod Ordinarius potest de illo Beneficio providere, sequitur Aneas de Falcon. *4. quest. effect. 16. nu. 2. & effect. 19. ad fi.* González *d. glos. 25. à n. 45* qui *nu. 51.* recte ait idem esse, vbi Beneficium impetratur certo modo, ex falsa causa, & *glo. ult. n. 62.*

Et hinc ait Simoneta $\dagger$ *9. 61. n. 3.* videmus, quod si prouisionibus additur clausula, dummodo collatio, seu eius dispositio ad nos hac vice pertineat, per quam restringuntur clausulæ generales, quæ apponuntur in gratis de Beneficiis reservatis in euentum, quod nō essent reservata, prout dicit Pavius in *tract. de potestate Capituli sede vacante septimo præludio ultim. columna.*

Ait tamen ipse Simoneta $\dagger$ *numero 4.* hæc vera 170 videri

videri attento stylo Curia, quo semper prouidetur cum clausula, siue alio quouis modo, de qua per Dd. in capit. susceptum de rescrip. in 6. item, quia negari non potest, quin Papa manum apposuerit, & si prouisio non valet, videtur quod affectio sit indulta per ea, quae supra dicta sunt, & ideo Ordinarium non posse prouidere, nec expectantem illud acceptare.

180 Adhuc tamen videtur tenenda t̄ dicta limitatio, nec obstat prima ratio Simonetae de clausula siue alio quouis modo, nam illa non intrat, nisi vacatio dispensatiue narrata verificetur, saltem de facto, vt dicitur infra II. p. c. l. a. n. 36.

181 Secunda vero ratio cessat ex dictis, t̄ nam, & si Papa manum apposuerit, apposuit illam tanquam super referuato, & sic cessante referuatione, quae fuit fundamentum appositionis manus Papae, illa nihil operatur.

182 Circa illud autem, quod ait Simoneta cum Paulino de clausula, dummodo collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, aduerte Hieron. Paulum in practica cancellaria in §. notabilia super vacantiis referuatis, dicere illam non poni ratione referuatio. expressa in literis, quia, ex quo referuatio probatur, certum est, quod illius Beneficij dispositio, ad Papam pertinet, sed poni ratione clausulae generalis, siue praeiussio siue alio quouis modo, &c. Vnde quando non poneretur alius modus vacationis, quam expressus in referuatione, tunc omittitur clausula siue praeiussio & illa omissa non ponitur clausula, dummodo eius dispositio.

183 Haec Hier. Paulus ibi, t̄ quem secuta est Rotam in vna Aretina commenda 7. Nouemb. 1586 coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum. Referuationem satis verificari ratione familiaritatis, de qua constabat per attestacionem computaroris palatii, & fidem in curia facere fidem propter facilitatem habendi veritatem per inspectionem librorum, ex quibus extrahitur; nec obstat, quod per expeditores in literis fuerit addita clausula, dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat, quia haec clausula non ponitur ratione referuationis expressa in literis, sed ratione clausulae generalis, siue praeiussio, siue alio quouis modo, prout tradit practica cancellaria in notabil. super vacan. referuatis, &c.

184 Rursus aduerte, t̄ quod non obstante dicta clausula, dummodo collatio, seu dispositio, ad nos hac vice pertineat, & te intraret dicta clausula generalis, siue alio modo, quando vacatio dispositiue narrata verificatur de facto tantum, etiam si ex illo modo contento sub clausula generali Beneficium non esset referuatum, &c. cum Papa concurrat cum omnibus Ordinariis, satis dicitur, ad eum pertinere, vt fuit resolutum in vna Cordub Beneficij 21. Aprilis 1559. coram D. Quiroga, de qua infra II. part. capit. I. numero 60.

185 Et illa clausula, dummodo t̄ collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, seruiret, quando Beneficium esset iuris patronatus laicorum, cui non vult Papa in dubio derogare, & quando Beneficium spectaret ad collationem alicuius ex indulto, & privilegio Apostolico cum decreto irritante dicente, etiam per nos, iuxta supradicta a n. 19.

186 Quinto limitatur per aliquos, t̄ nisi nullitas prouisionis, seu inualiditas illa appositionis manus Papalis ex defectu potestatis eiusdem insurgeret, vt ex Consilio Basiliensi. quo referuationes abolerentur, ex quo pragmatica Sanctio Gallicana sumpta est, ad cap.

ne captanda de concess. Praben. in 6. ita Romā. d. consil. 335. n. 12. & 13. Ripa in c. cum M. Ferrarier. de consuetud. num. 197. Probus ad Monach. in c. 2. de Praben. in 6. n. 39. & in cap. praesenti de offic. Legat. num. 41. Aufser. ad capellam Tolosanā de off. 437. sub nu. 6. Corraf. dict. c. secunda par. num. 14. & videtur sequi Sarnen. de triennali quest. 30. nu. 2. v. f. & ista conclusio procedit, & Horatius Mandos. ad Romā. ibi litera G. qui refert Ripam supra, & Staphileum septima forma mandati de prouidendo numero 4. qui tamen solum loquitur de referuatione, seu appositione manus executoris super certo Beneficio nondum vacante nulliter facta ex defectu potestatis, vt in dicto capitulo ne captanda.

Sed, cum defectus iste t̄ potestatis non possit in Papa contingere iuxta supradicta in princ. huius cap. haec limitatio non est tenenda, vt inquit Simoneta d. 9. 58. n. 12. quamuis ipse Romanus illam audeat ponere eo; quod Patres Concilij Basiliensi. contra Papā pro viribus tutatus fuerat, quem, vt Gallis, sequitur Probus Aufser. & Corraf.

Nec obstat d. Concilium t̄ Basiliensi. quo referuationes abolerentur, & dicta pragmatica sanctio sumpta est, nam, licet d. Concilium fuit a principio canonice congregatum, tamen post dissolutionem, seu translationem eius factam per Eugenium IV. post quam contenta in dicta pragmatica facta sunt, factum est conciliabulum & conuenticulum satanae, & Concilium amplius appellari non debuit, &c. Vt in Bulla Leonis X. super abrogatione pragmatice sanctionis in Concilio Lateranensi nouissimo ses. 1. quae habetur etiam in Bullario inter constitutiones Leonis X. 16. in ordine, & in Bulla retractationum Pij II. quae est in Bullario II. ordine suarum constitutionum D. Anton. in sum. 2. par. tit. 3. cap. 11. §. 10 & 3. par. tit. 23. cap. 1. in princ. & cap. 2. §. 5. Turcremata de Ecclesia lib. 2. cap. 100. & lib. 3. c. 58. Cano. de locis lib. 5. cap. fin. ad nouum. Cardin. Bellarm. 2. tom. 1. controuersia li. 2. c. 19. ad fin. & lib. 3. cap. 16. Hoieda de incompatib. literate Benef. c. vigesimotertio, num. 86. & cap. vigesimoquarto, nu. 27.

Et Thom. Campegius in tract. t̄ de referuat. num. 6. reprehendit Patres dicti Concilij Basiliensi. quia aucti fuerunt abolere, quantum in se fuit, referuationes, quasque, siue generales, siue speciales, praeter clausas in corpore iuris, volueruntque, inquit, ipsi inferiores auctoritatem superioris sui certis finibus coercere.

§. 3.

De referuationibus regularum Cancellaria.

SUMMARIA.

PER regulas Cancellariae, quas S. Pontifices facere solent suo tempore duraturas, plures referuationes inducuntur, numer. 190. de quibus hic agendum est, num. 191.

In regula 1. hic posita innouantur referuationes extraneae, ad regimen, quae videnda est n. 192. de quibus referuationibus, & huius regulae interpretatione quae videnda sunt, n. 193.

Circa referuationem Beneficiorum vacantium per assentionem aliorum auctoritate Apostolica, & Beneficiorum promotorum ad Episcopatus, & quae per constitutionem execrabilis vacat remissive,

Y 2